DIÖZESE
INNSBRUCK

Digitales Archiv

Ablassbrief

Pfarrarchiv Serfaus

16.08.1514

Digitales Archiv

Shelf Mark: 6.7664.A10

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)
Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

urn:nbn:at:at-dai-65760

Visual Library

Christophorus dei gracia Episcopus Brixinensis Universis et singulis christifidelibus presentes litteras inspecturis Salutem in domino sempiternam. Cum nonnulli reverendissimi domini Sacrosancte romane ecclesie Cardinales Ecclesiam parrochialem beate Marie virginis in Gerfaus nostre dioc. et Collationis de [illegible] thesauro ecclesie Indulgenciarum videlicet muneribus iuxta ipsarum litterarum tenorem Sub dat. Rome in domibus eorum Anno a Nativitate domini Millesimoquingentesimoquartodecimo die vero Quarto mensis January Pontificatus Sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Leonis divina providentia pape decimi Anno primo emanatarum reverenter dotaverint. Nos easdem Indulgencias ut premittitur concessas ratas et gratas habentes. Volumus et mandamus eas in prefata parrochiali ecclesia Gerfaus ac alias ubi expediens visum fuerit publicari et ad christifidelium noticiam deferri. Ut ipsi eo libencius devotionis causa confluant ad eandem quo ibidem ex hoc dono celestis gracie uberius conspexerint se esse refectos. Cupientes itaque ut ipsa parrochialis ecclesia predicta debitis frequentetur honoribus et a christifidelibus iugiter veneretur et in suis structuris edificiis et ornamentis conservetur Omnibus et singulis christifidelibus vere penitentibus confessis et contritis qui dictam ecclesiam parrochialem in festivitatibus per ipsos reverendissimos dominos Cardinales notatis videlicet Nativitatis Annunciationis Purificationis et Assumptionis beate Marie virginis Dominicis ecclesie dedicationis festivitatibus et diebus a primis vesperis usque ad secundas vesperas inclusive causa devotionis devote visitaverint et manus porrexerint adiutrices De omnipotentis dei misericordia ac Beatorum Petri et Pauli apostolorum eius confisi suffragiis Quadraginta dies Indulgenciarum de iniunctis eis penitentiis in domino misericorditer relaxamus Presentibus perpetuis futuris temporibus valituris et duraturis. Harum testimonio litterarum Sigilli nostri appensione communitarum. Dat. Brixine die dominica sexta mensis Augusti Anno domini Millesimo quingentesimo Quartodecimo

Christophorus dei gratia Epus Brixinen. Universis et singulis christifidelibus presentes litteras inspecturis. Salutem
in domino sempiternam. Cum nonnulli Reverendi in christo patres Sacrosancte Romane ecclesie Cardinales ecclesiam
parrochialem beate Marie virginis in Horfaus. nostre dioc et Collationis de Singuli thesauro ecclesie Indulgen
tiarum videlicet muneribus iuxta seriem litterarum tenorem sub data Rome in domibus eorum. Anno
a Nativitate domini Millesimoquingentesimoquartodecimo die vero Quarto Mensis January. Pontificatus
Sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Leonis divina providentia pape decimi Anno primo Emanatarum
reverenter dotaverint. Nos easdem Indulgentias ut premittitur concessas datas et gratas habentes. Volumus
et mandamus eas in prefata parrochiali ecclesia Horfaus ac alias ubi expediens visum fuerit publicari et ad
christifidelium noticiam deferri. Ut ipsi eo libentius devotionis causa confluant ad eandem quo ibidem ex hoc
dono celestis gratie uberius conspexerint se esse refertos. Cupientes itaque ut ipsa parrochialis ecclesia predicta debitis
frequentetur honoribus et a christifidelibus iugiter veneretur et in suis structuris edificiis et ornamentis conser
vetur Omnibus et singulis christifidelibus vere penitentibus confessis et contritis qui dictam ecclesiam parrochia
lem in festivitatibus per ipsos Reverendissimos dominos Cardinales notatis videlicet Nativitatis Annunciationis
Purificationis et Assumptionis beate Marie virginis. Ipsiusque ecclesie dedicationis festivitatibus et diebus a pri
mis vesperis usque ad secundas vesperas inclusive causa devotionis devote visitaverint et manus porrexerint
adiutrices. De omnipotentis dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius confisi suffragiis
Quadraginta dies Indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis in domino misericorditer relaxamus. Presentibus
perpetuis futuris temporibus valituris et duraturis. In quorum testimonium litterarum Sigilli nostri appensione
communivimus. Datum Brixine die dominica sexta Mensis Augusti Anno domini Millesimo
quingentesimo Quartodecimo

N: 12

Alte Verleihung
v. J. 1514 an den Schenkwirt
an geschlossenen Siegeln